Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

In Danielem prophetam: prologus

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

nas sanctuarii et possessionem civitatis.
Quod autem reliquum fuerit principis erit ex
omni parte primitiarum sanctuarii et posse
ssionis civitatis e regione .xxv. mi
lium primitiarum usque ad terminum
orientalem. Sed et a mari e regione .xxv.
milium usque ad terminum maris. similiter
in partibus principis erit. Et erunt
primitie sanctuarii et sanctuarium templi in
medio eius. De possessione autem le
vitarum et de possessione civitatis in me
dio partium principis. erit inter terminum
iuda et inter terminum beniamin et ad prin
cipem pertinebit. Et reliquis tribubus
a plaga orientali usque ad plagam occi
dentalem. beniamyn una. Et contra ter
minum beniamin a plaga orientali usque
ad plagam occidentalem symeon una.
Et super terminum symeonis a plaga o
rientali usque ad plagam occidentis.
ysachar una. Et super terminum ysachar
a plaga orientali usque ad plagam
occidentalem zabulon una. Et super ter
minum zabulon a plaga orientali
usque ad plagam maris gad una. Et
super terminum gad ad plagam austri in
meridiem. Et erit finis de thamar.
usque ad aquas contradictionis cades. he
reditas contra mare magnum. Hec est terra
quam mittetis in sortem tribubus israel.
7 hee partitiones earum ait dominus deus. Et hii
egressus civitatis. A plaga septentrio
nali quingentos et iiii. milia mensurabis.
Et porte civitatis in nominibus tribuum
israel. Porte tres a septentrione. Porta
ruben una. porta iuda una. porta
levi una. Et ad plagam orientalem
quingentos et iiii. milia. Et porte tres. Porta
ioseph una. porta beniamin una.
porta dan una. Et ad plagam meri
dianam quingentos et iiii. milia metieris. Et
porte eorum tres. Porta symeon una.
porta ysachar una. porta zabulon
una. Et ad plagam occidentalem quingentos
et iiii. milia. Porte eorum tres. Porta
gad una. porta aser una. porta nep
talim una. Per circuitum .x. et viii. mi
lia. Et nomen civitatis ex illa die dominus ibidem.

Explicit ezechiel. Incipit prologus danielis prophete.

Danielem prophetam iuxta
lxx. interpretes domini
salvatoris ecclesie
non legunt utentes
theodotionis edi
tione. Et hoc cur acciderit nescio.
Sive enim quia sermo chaldaicus est et
quibusdam proprietatibus a nostro eloquio
discrepat. noluerunt lxx. interpretes
easdem lingue lineas in translatione
servare. sive sub nomine eorum ab alio
nescio quo non satis chaldeam linguam
sciente editus est liber. sive aliud quid
cause extiterit ignorans. hoc unum affir
mare possum. quod multum a veritate
discordet. et recto iudicio repudiatus
sit. Sciendum quippe danielem maxime
et hesdram hebraicis quidem litteris
sed chaldaico quidem sermone conscriptos.
et unam ieremie pericopen. iob quoque cum ara
bica lingua habere plurimam societatem.
Denique et ego adolescentulus post quinti
liani et tullii lectionem ac flores rheto
ricos. cum me in lingue huius pistrinum
reclusissem. et multo sudore multo
que tempore vix cepissem anhelantia stri
dentiaque verba resonare. et quasi per criptam
ambulans. rarum desuper lumen aspicere

impegi novissime in danielem. Et tan-
to tedio affectus sum ut desperatio-
ne subita omnem laborem veterem volu-
erim contempnere. Verum adhortan-
te me quodam hebreo et illud michi sua li-
ngua crebrius ingerente labor improbus
omnia vincit. qui michi videbar sciolus
inter hebreos, cepi rursus discipulus esse
chaldaicus. Et ut verum fatear usque
ad presentem diem magis possum
sermonem chaldaicum legere et intellige-
re quam sonare. Hec idcirco refero ut dif-
ficultatem vobis daniel ostenderem qui
apud hebreos nec susanne habet hystoriam
nec ympnum trium puerorum nec bel dra-
conisque fabulas quas nos quia in toto
orbe disperse sunt veru anteposito e-
asque iugulante subiecimus ne vi-
deremur apud imperitos magnam voluminis partem
detruncasse. Audivi ego quendam de
preceptoribus iudeorum cum susanne de-
rideret hystoriam et a greco nescio quo
diceret esse confictam illud opponere quod
origeni quoque affricanus opposuit. ahoto
ycxiuyexi cali ka · ianotoyt · ipriho
yti pical · Apotu scinuscise · Apotu
prinuprisce de greco sermone descende-
re. Cuius rei hanc intelligentiam nos possu-
mus vestris dare ut verbi gratia dicamus
ab arbore ilice dixisse eum ilico pereas
a lentisco in lentem te comminuat an-
gelus vel non lente pereas aut lentus id est flex-
ibilis ducaris ad mortem sive aliud
quid ad arboris nomen conveniens. De-
inde tantum fuisse ocii tribus pueris ca-
villabatur ut in camino estuantis incen-
dii metro luderent et per ordinem eleme-
nta ad laudem dei omnia provocarent.
Aut quod miraculum divineque inspirationis
indicium vel draconem interfectum offa picis
vel sacerdotum belis machinas deprehen-
sas. que magis prudentia sollertis viri
quam prophetali spiritu essent perpetrata. Cum vero
ad abacuc veniret et de iudea ad chal-
deam raptum discoforum lectitaret quae-
rebat exemplum ubi legissemus in toto
veteri testamento quemquam sanctorum gravi volasse
corpore et in puncto unius hore tanta
terrarum spatia transisse. Cui cum quidam
e nostris satis ad loquendum promptulus
ezechielem adduxisset in medium et di-
ceret eum in iudeam de chaldea fuisse trans-
latum derisit hominem et ex ipso volumine
demonstravit ezechielem in spiritu fuis-
se transpositum. Denique et apostolum nostrum vi-
delicet ut eruditum virum et qui legem ab
hebreis didicisset non fuisse ausum af-
firmare se raptum in corpore sed dixisse.
sive in corpore sive extra corpus nescio deus scit.
His et talibus argumentis apocrifas in
libro ecclesie fabulas arguebat. Super qua re
lectoris arbitrio iudicium relinquens illud
admoneo danielem non haberi apud hebreos
inter prophetas sed inter eos qui agyographa
conscripserunt. In tres siquidem partes omnis
ab eis scriptura dividitur in legem in prophetas
in agyographa. id est in v. et in viii. et in xi. li-
bros de quo non est huius temporis disserere. Que
autem ex hoc propheta immo contra hunc librum porphy-
rius obiciat testes sunt methodius euse-
bius et appollinaris qui multis versuum
milibus eius vesanie respondentes nescio
an curioso lectori satis fecerint. Unde ob-
secro vos o paula et eustochium fundatis
pro me ad dominum preces ut quamdiu in hoc corpusculo
sum scribam aliquid gratum vobis utile ecclesie dignum
posteris. Presentium quippe iudiciis oblatran-
tium non satis moveor qui in utramque partem aut

amore labuntur aut odio. Explicit
plogus. Incipit Daniel pph(et)a.

A
nno t(er)tio
regni io
achim re
gis iude.
uenit na
bucho(donos)or
rex baby
lonis ie
r(usa)l(e)m (et) obsedit eam. Et tradidit d(omi)n(u)s i(n)
manus ei(us) ioachim rege(m) iude (et) p(ar)tem
uasor(um) domus d(e)i. Et asportauit ea
t(er)ram sennaar i(n) domu(m) dei sui (et) uasa
intulit i(n) domu(m) thauri d(e)i sui. Et ait rex
asphanez p(re)posito eunuchor(um) suor(um).
ut introduceret de filiis is(rae)l (et) de semi(n)e
regio (et) tyrannor(um) pueros i(n) quib(us) nulla
esset macula. decoros forma (et) erudi
tos o(mn)i sap(ient)ia. cautos sc(ient)ia (et) doctos disci
plina. (et) qui possent stare i(n) palatio re
gis. ut doceret eos l(itte)ras (et) lingua(m) chal
deor(um). Et constituit eis rex annona(m) p(er)
singulos dies de cibis suis. (et) de uino
unde bibebat ip(s)e. ut enutriti trib(us)
annis. postea starent in (con)sp(ect)u reg(is).
Fuerunt ergo int(er) eos de filiis iuda. da
niel. ananias. misahel. (et) azarias.
Et imposuit eis p(re)positus eunuchor(um)
no(m)i(n)a. danieli balthasar. ananie si
drach. misaheli. misach. (et) azarie ab
denago. Proposuit aut(em) daniel i(n) corde
suo. ne pollueretur de mensa regis. ne(que)
de uino potus ei(us). Et rogauit p(re)positum
eunuchor(um) ne contaminaret(ur). Dedit
aut(em) d(eu)s danieli gr(ati)am (et) miscordiam i(n) (con)sp(ect)u
principis eunuchor(um). Et ait princeps
eunuchor(um) ad danielem. Timeo ego
d(omi)n(u)m meu(m) rege(m) qui constituit uobis cib(um)

et potum. qui si uiderit uultus u(est)ros macilentiores p(re) ceteris adolescentib(us) coeuis u(est)ris. condempnabitis caput meu(m) regi. Et dixit daniel ad malasar. que(m) constituerat princeps eunuchor(um) sup(er) danielem. ananiam. misaelem. (et) azariam. Tempta nos obsecro seruos tuos dieb(us) x. (et) dent(ur) nob(is) legumina ad uescendu(m). (et) aqua ad bibendum. (et) contemplare uultus n(ost)ros. (et) uultus puer(orum) q(ui) uescunt(ur) cibo regio. (et) sicut uideris facies cum seruis tuis. Q(ui) audito sermone huiusmodi temptauit eos dieb(us) x. Post dies aut(em) x. apparuerunt uultus eor(um) meliores (et) corpulentiores p(re) omnib(us) pueris q(ui) uescebant(ur) cibo regio. Porro malasar tollebat cibaria (et) uinu(m) potus eor(um) dabat(que) eis legumina. Pueris aut(em) his dedit d(eu)s scientiam (et) disciplinam i(n) omni libro (et) o(mn)i sap(ient)ia. danieli aut(em) intelligentia(m) o(mn)iu(m) uisionu(m) (et) sompnior(um). Completis itaq(ue) dieb(us) post quos dixerat rex ut introducerent(ur). introduxit eos p(re)positus eunuchor(um) i(n) (con)sp(ect)u nabuchodonosor. Cumq(ue) eis locut(us) fuiss(et) rex. n(on) sunt inuenti tales de uniuersis. ut daniel. ananias. misael. (et) azarias. Et steterunt i(n) conspectu regis. (et) o(mn)e u(er)bu(m) sapie(n)tie (et) intellect(us) q(uo)d sciscitat(us) est ab eis rex. inuenit in eis decuplu(m) sup(er) omnes ariolos (et) magos qui erant i(n) uniuerso regno eius. Fuit aut(em) daniel usq(ue) ad annu(m) p(ri)mu(m) cyri regis.

II

In anno sc(d)o regni nabuch(odonos)or. uidit nabuch(odonos)or sompniu(m) (et) conterritus est sp(iritu)s ei(us) (et) sompniu(m) fugit ab eo. Precepit ergo rex ut conuocarent(ur) arioli (et) magi (et) malefici (et) caldei. ut indica

[illegible]